ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 151v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ut mulorum inde noua contra naturam animalia
nascerentur. Onagros quoq; ad hoc admissos
esse ad asinas & ipsum istius modi repperisse
concubitum ut uelocissimi ex his asini nasce
rentur. Industria quippe humana diuer
sum animal in corpore coegit, sicq; adulterina
commixtione genus aliud repperit, sicut &
iacob contra naturam colorũ similitudines
procurauit. Cap. 37. Joseph, cum sedecim ẽ annorũ,
pascebat gregem cum fratribus suis adhuc
puer. & erat cum filiis bale & zelphe uxorũ
patris sui. Accusauitq; fratres suos apud
patrem crimine pessimo. Quae ẽ enim quale
sit hoc crimen? nonnulli uolunt intellegi
idolatriã, sup statuonem quasi idolũ adoras
sent. Alii uero sup crimine sodomorũ & go
morreorũ interpretantur. Uerum tamen
moueri potest, quid est, qd hic ancillae uxo
res appellantur; cum superius concubine
dicantur. nisi quia more scripturarũ fosse
omnis concubina uxor, non aut uxor concu
bina. nam sarra & rebecca & lia & rachel
concubinae dici non possunt, agar uero